

*Congratulamini mihi,
quia inveni ovem meam quæ perierat.*

✠ Lécctio sancti Evangélii secúndum Lucam

15, 3-7

In illo témpore:

³ **A**it Iesus ad pharisæos parábolam istam dicens:

⁴ «Quis ex vobis homo,
qui habet centum oves,
et si perdíderit unam ex illis,
nonne dimíttit nonagínta novem in desérto
et vadit ad illam, quæ períerat,
donec invéniat illam?

⁵ Et cum invénerit eam,
impónit in úmeros suos gaudens

⁶ et véniens domum cónvocat amícos et vicínos
dicens illis:

“Congratulámini mihi,
quia invéni ovem meam, quæ períerat”.

⁷ Dico vobis:

Ita gáudium erit in cælo
super uno peccatóre pæniténtiam agénte
quam super nonagínta novem iustis,
qui non índigent pæniténtia».

Verbum Dómini.